

si febre superveniente copiosa urina fluxerit: & simile quid illud est quod superius exposuimus num. 48. de urinis, Cum ileosis interceptio est urinæ, cito mors venit, nisi quod in eo pronunciato videtur supponere, ileum præcedere suppressioni urinæ, vel simul cum ipsa fieri; hic autem ileum stranguræ supervenire. Huc igitur transferenda quæ eō loci notavimus; Ileum enim stranguræ superveniens vesicam premere, & collum potest, & Uretheres, adeoque ex toto urinam suppressimere, sed illud in re præsenti crediderim, Ileum comprimere cervicem vesicæ, ita ut possit urina in vesicam fluere, sed non extra fieri: hinc fiet, ut duo corpora se mutuo urgeant, vesica nempe turgida, & intestinum ileum pariter tumidum, unde utraque se mutuo impedit ab actionibus suis. Superveniat jam febris, quæ per calorem, & motum partes omnes in contractionem validam agat, ita ut musculus vesicæ ipsam premet tam valide, ut compressionem ilei, & resistentiam propriam cervicis superare possit, & diu contrahatur, quoisque nempe pars maxima urinæ effluxerit: Ileum igitur ab impedimento vesicæ subtrahetur, & propter hanc libertatem, & majorem villorum nisum in febre poterit se exonerare à fæcibus Iliacam producentibus, vel solvetur per urinam inflammatio.

Ex Aphorismis.

Ex 12. prima.

PAtet ad ea verba: *Urina quoque & excrementa, & sudores cum apparuerint, judicatu faciles, vel difficiles, & breves, vel longos fere morbos indicant. Patet, inquam, Urinas Hippocratem indicare.*

69. (vel 68. juxta Foesum.) sect. 4.

Quibus non sine febri urine sunt crasse, grumosæ, & paucæ, si ab his tenues, & copiosæ mejanter, profundæ, maximè verò tales redduntur, quibus statim ab initio, vel non ita multo post sedimentum inest.

Aphorismus hic idem est, ac textus 53. Dureti, sed multò melius, ac clariùs latinè redditus à Vorestio, & Foesio (quorum est hic exscripta versio) quam à Dureto; itaque vide textum illum 53.

70. ejusdem sect.

Quibus per febres urina turbata, quales jumentorum, iis dolor capitis vel adest, vel aderit.

Urina qualis ju-
mentorum in fe-
bris dolorem
capitis aut pre-
sentem, aut mox
ad futurum.

Hujus pronunciati ratio generalis explanari non potest; turbatio enim urinarum agitationem quidem humorum, & solutionem indicat, sed ne-
mo novisse potest, quidea solutione componatur, aut quid, & quomodo solvatur, & quæ sint inter illa, quæ in capite potius ad producendum dolorem hærente possunt, quam in partibus reliquis; quicquid igitur veritatis habet hoc pronunciatum per experientiam, & observationes comparatum est, & per earum utramque confirmandum solum in aliquo casu particu-
lari.

71. *ibid.*

Quibus die septima futura crisis est, iis urina rubram, die quarto nubeculam habet, ceteraque pro ratione.

Rubra nubecula
die quarta iis, qui
in septima judi-
candi sunt.

Quoniam enim quartus erit critici index; apparente igitur nubecula rubra, indicabit partes etiam duras, unde rubor moveri, quæ ea die admistæ tenuibus, quæ primo ut pote magis mobiles moventur, ascendunt urinæ liquido leviores; unde sensim auctis villorum motibus, septima habebitur expressio omnium, & excretio per urinam; dummodo, ut ait Hip-
ocrates, reliqua etiam secundum rationem se habeant.

72. *ibid.*

Quibus pellucide, & albæ sunt urinæ, male: precipue vero in phræneticis apparent.

Urinæ albæ pe-
llucide malæ, &
precipue in
phræneticis ap-
pareat.

Urinæ enim albæ pellucidæ vix quicquam crassiorum partium conti-
nent, unde vel in toto corpore, vel in aliqua parte detinentur, obstruendo
&c. quare malæ. Itaque cum partes crassiæ detinentur, ubi viget minima
vis motuum, nempe ubi minima datur pressio, tum maximè ejusmodi urinæ redduntur, minima autem pressio intra cranium, ubi nulli mus-
culi, nulla vis à respiratione; ad eas igitur partes detenta materia, urinæ maximè pellucide, albæ reddentur: detinetur autem ibi materies in phræ-
nitide propter inflammationem; igitur ejusmodi urinæ in phræneticis præ-
cipue apparebunt.

73. *ibid.*

*Quibus sublata hypochondria murmurant, lumborum superve-
niente dolore, iis alvi bumeantur, nisi infernè flatus
erumpant, aut urinæ multitudo prodeat. Atque haec in
febris.*

Urinæ multitudine
post lumborum
dolores murmur,

Elatio enim hypochondriorum extensionem à materia in intestinis
murmur ab ejus motu, & fermentatione, dolor lumborum à tensione ma-
teries, alvi, & fermentatione majori partes acres dissolvente, qua facta humescat
alvus

alvus oportet; nisi materies in flatus abeat, aut urinæ reddatur copia, quæ & elationem hypopochondriorum omnia solvit.
palam faciat ab ipsius quantitate elationem hypochondriorum &c. pro-
fectam; nisi illa ipsa materies in intestinis fermentata subiit venas lacteas
&c. & per urinam ex naturalibus ductibus reddita est.

74. ibid.

Quibus spes est ad articulos abscessum futurum, abscessu libe-
rat urina multa, crassa & alba reddita, qualis in febribus
cum lasitudinis sensu quarto die quibusdam exire incipit:
quod si ex naribus etiam sanguis profluxerit, brevi admodum
solutio fit.

Partim hæc in Coacis expositis, sed manifesta sunt omnia.

75.

Si quis sanguinem, aut pus mejet, Renum, aut vesicæ exulceratio-
nem significat.

76.

Quibus cum urina crassa exiguae carunculae, aut veluti pili una exe-
unt, his à Renibus excernuntur.

77.

Quibus cum urina crassa furfurea quedam simul minguntur, his
vesica scabie laborat.

78.

Qui sponte sanguinem mejunt, his à Renibus venulam ruptam esse
significat.

79.

Quibus in urina subsident sabulosa, his vesica calculo laborat.

80.

Si quis sanguinem, aut grumos mejet, aut urinam guttatum emit-
tat, & dolor ad imum ventrem, atque interfæmineum indi-
cat, & que circa vesicam sunt, laborant.

81.

Si quis sanguinem, aut pus, aut squamulas mejet, & gravis odor ad-
sit, urinæ exulceratio significatur.

82.

Quibus in meatu urinario nascitur tuberculum, suppurrato eo, &
rupto, solutio.

83.

Mictus noctu plurimus parvam dejectionem significat.

G 2

Indi-

abscessum ad ar-
ticulos tollit uri-
na multa crassa,
& alba.

Omnis hi ad
morbos canali-
um urinariorum
pertinent, & sta-
tim eorum patet
necessitas.

Micetus noctu plu-
rimus parvam
dejectionem in-
dicat.

Indicat enim, vel cibos maxime solubiles, ac molles parum crassissi-
marum partium continuisse, ex quibus alvi faeces formantur, unde maxima
ipsius pars lacteas penetravit; vel lacteas penetrasse liquidum illud, quod
faeces alvi naturales moliores efficit, unde illæ sicciores redditæ, minoris
etiam molis, nempe densiores sunt, & dejectio est parva.

44. sect. 6.

*Quibus à stranguria volvulus supervenerit, intra septem dies mo-
riuntur, nisi febre superveniente copiosa urina fluxerit. Vi-
de supra in Coacis 8. c. 22. lib. 2.*

31. septime.

*Quibus per febres in urinis sedimenta crassiora farinam referunt,
longam invaletudinem fore significant.*

Sedimentum
quale crassa fari-
na morbum lon-
gum indicat.

De hoc etiam in Coacis, & patet; crassior enim ille pulvis nimiam
contumaciam humorum arguit, & aliquam propter sedimentum, sed im-
perfectam coctionem, unde longitudo morbi.

54. ibid.

*Quibus inter septum transversum, & ventriculum pituita con-
cluditur, & dolorem affert, in alterutrum ventrem viam
non habens, iis per venas in vesicam versa pituita, morbi
fit solutio.*

Urina potest esse
pituita per exfu-
sationem in ve-
sicam per venas
reducta.

Vides hæc quam evidenter posuerit & intellexerit Hipp. humorum
per exsudationem effluxus ex aliqua cavitate, & in aliam per exsudationem
derivationem.

Ex libris Prognosticorum sive Prænotionum p. 40. 25.

Urina solvit do-
lores, & tumores
præcordiorum.

Urina sedimenti
semper albi, le-
vis, & equalis
optima, minus in
qua non semper.

AT præcordiorum tumores, & dolores recentes quidem, & sine inflamma-
tione murmur solvit circa præcordia exortum, idque potissimum, si cum
stercore urina, & flatu prodierit; alioquin ubi ipsum per se trans-
missum fuerit, juvat, idque magis, si ad inferiores sedes descenderit.

Urina optima est, in qua per omne tempus quo ad morbus judicatus fuerit, sub-
sideret album, leve, & aquale, securitatem enim, brevenque morbum fore
significant: quod si intermitat, & interdum quidem pura mejatur, inter-
dum etiam subsideret album, & leve, diuturnior, & minus securus morbus
evadit.

At